est copia; aere utuntur importato. Materia cujusque generis, ut in Galliâ, est praeter fagum atque abietem. Leporem, et gallinam, et anserem gustare fas non putant; haec tamen alunt animi voluptatisque causâ. Loca sunt temperatiora, quàm in Gallia, remissioribus frigoribus.

—*Cæsar, De Bello Gallico,* B. V. ch. 12.

1. Parse: *incolitur, natos, proditum, dicunt, inferendi, transierant, orti, pervenerunt, illato, cœperunt, aere, remissioribus.*

2. Mark the quantity of the penult of *incolitur, maritima, transierant, pervenerunt, illato, colere, infinita, pecoris, abietem, leporem, gallinam, anserem.*

3. *Quos natos....dicunt.* Explain the construction.

4. Distinguish *pecoris* and *pecudis* in meaning and gender.

II.

Translate:

Ergo illum, qui haec facerat, Rudinum hominem, majores nostri in civitatem receperunt, nos hunc Heracleensem, multis civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra civitate ejiciemus? Nam si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis versibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errat, proptera quod Graeca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus, exiguis sane, continentur. Quare si res eae, quas gessimus, orbis terrae regionibus definiuntur, cupere debemus, quo manuum nostrarum tela pervenerint eodem gloriam famamque penetrare, quod quum ipsis populis, de quorum rebus scribitur, haec ampla sunt, tum iis certe, qui de vita gloriae causa dimicant, hoc maximum et periculorum incitamentum est et laborum. Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! Atque is tamen, quum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris! Et vere. Nam, nisi Ilias illa exstitisset, idem tumulus, qui corpus ejus contexerat, nomen etiam obruisset. Quid? noster hic magnus, qui cum virtute fortunam adaequavit, nonne Theophanem Mitylenaeum, scriptorem rerum suarum, in concione militum civitate donavit? et nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites, dulcedine quadam gloriae commoti, quasi participes ejusdem laudis, magno illud clamore approbaverunt?

—*Cicero, Pro Archia,* ch. X.

1. *Illum, Rudinum hominem.* Who is meant? Give an account of him.

2. *Noster hic Magnus.* Who?

3. Mark the quantity of the penult of: *Rudinum, majores, expetitum, propterea, Latina, pervenerint, dimicant, laborum, scriptores, praeconem, fortunam, Theophanem.*

4. *Rudinum, Heracleensem, Mitylenaeum.* Give the names of the places from which these adjectives are derived. Where were they situated?

5. *Graeca leguntur in omnibus fere gentibus.* In what countries was Greek at that time the prevailing language?

6. Parse: *fecerat, ejiciemus, percipi, gessimus, cupere, pervenerint, astitisset, inveneris, obruisset, civitate.*

7. What were the points upon which Archia's claim to the citizenship was founded?

III.

Translate:

Nec requievit enim, donec Calchante ministro—
Sed quid ego haec autem nequicquam ingrata revolvo?
Quidve moror? Si omnes uno ordine habetis Achivos,
Idque audire sat est; jamdudum sumite poenas:
Hoc Ithacus velit et magno mercentur Atridae.
Tum vero ardemus scitari et quaerere causas,
Ignari scelerum tantorum artisque Pelasgae.
Prosequitur pavitans, et ficto pectore fatur:
Saepe fugam Danai Trojâ cupiêre relictâ
Moliri, et longo fessi discedere bello.
Fecissentque utinam! Saepe illos aspera ponti
Interclusit hiems; et terruit Auster euntes.
Praecipue quum jam hic trabibus contextus acernis
Staret equus, toto sonuerunt aethere nimbi.

—*Virgil, Æneid,* B. II., 100-113.

1. Scan the first five lines, marking the quantity of each syllable.

2. *Donec Chalchante ministro—sed quid,* etc. What figure?

3. *Ithacus, Atridae.* Give their names.